

†

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL OBISPADO DE

SALAMANCA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII.

LITERAE ENCYCLICAE

QVIBVS

EXTRAORDINARIVM IVBILAEVM INDICITVR

VENERABILIBVS FRATRIBVS

PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIBVS EPISCOPIBVS

ALIISQVE LOCORUM ORDINARIIS

GRATIAM ET COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Quod auctoritate Apostolica semel iam atque iterum
decrevimus, ut annus sacer toto orbe christiano extra
ordinem ageretur, oblati bono publico caelestium mu-

nerum thesauris, quorum est in Nostra potestate dispensatio, idem placet in annum proximum, Deo favente, decernere.—Cuius utilitas rei fugere vos, Venerabiles Fratres, nequaquam potest gnaros temporum ac morum: sed quaedam singularis ratio facit, ut in hoc consilio Nostro maior, quam fortasse alias, inesse oportunitas videatur.—Nimirum cum de civitatibus superiore epistola Encyclica docuerimus, quanti intersit, eas ad veritatem formamque christianam propius accedere, intelligi iam licet quam sit huic ipsi proposito Nostro consentaneum dare operam, quibuscumque rebus possumus, ut vel excitentur homines ad christianas virtutes, vel revocentur. Talis est enim civitas, qualis populorum fingitur moribus: et quemadmodum aut navigii aut aedium bonitas ex singularum pendet bonitate aptaque suis locis collocatione partium, eodem fere modo rerum cursus publicarum rectus et sine offensione esse non potest, nisi rectam vitae cives consequantur viam. Ipsa disciplina civilis, et ea omnia, quibus vitae publicae constat actio, nonnisi auctoribus hominibus nascuntur, intereunt: homines autem suarum solent opinionum morumque expressam imaginem iis rebus affingere. Quo igitur eis praeceptis Nostri et imbuantur penitus animi, et, quod caput est, quotidiana vita singulorum regatur, enitendum est ut singuli inducant animum christiane sapere, christiane agere non minus publice quam privatim.

Atque in ea re tanto maior est adhibenda contentio, quanto plura impendent undique pericula. Non enim exiguam partem magnae illae patrum nostrorum virtutes cessere: cupiditates, quae per se vim habent maximam, maiorem licentia quaesiverunt: opinionum

insania, nullis aut parum aptis compressa frenis, manat quotidie longius: ex iis ipsis, qui recte sentiant, plures praepostero quodam pudore deterriti non audent id quod sentiunt libere profiteri, multoque minus re ipsa perficere: deterrimorum vis exemplorum in mores populares passim influit: societates hominum non honestae, quae a Nobismetipsis alias designatae sunt, flagitiosarum artium scientissimae, populo imponere, et quotquot possunt, a Deo, a sanctitate officiorum, a fide christiana abstrahere atque abalienare contendunt.

Tot igitur prementibus malis, quae vel ipsa diuturnitas maiora facit, nullus est Nobis praetermittendus locus, qui spem sublevationis aliquam afferat. Hoc consilio et hac spe sacrum Iubilaeum indicturi sumus, monendis cohortandisque quotquot sua est cordi salus, ut colligant paullisper sese, et demersas in terram cogitationes ad meliora traducant. Quod non privatis solum, sed toti futurum est reipublicae salutare, propterea quod quantum singuli profecerint in animi perfectione sui, tantumdem honestatis ac virtutis ad vitam moresque publicos accedet.

Sed optatum rei exitum videtis, Venerabiles Fratres, in opera et diligentia vestra magnam partem esse positum, cum apte studioseque populum praeparare necesse sit ad fructus, qui propositi sunt, rite percipiendos.—Erit igitur caritatis sapientiaeque vestrae lectis sacerdotibus id negotium dare, ut piis concionibus ad vulgi captum accomodatis multitudinem erudiant, maximeque ad poenitentiam cohortentur, quae est, auctore Augustino, *bonorum et humilium fidelium poena quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: di-*

mitte nobis debita nostra (1). Poenitentiam, quaeque pars eius est, voluntariam corporis castigationem non sine caussa primo commemoramus loco. Nostis enim morem saeculi: libet plerisque delicate vivere, viriliter animoque magno nihil agere. Qui cum in alias incidit miserias multas, tum fingunt saepe caussas, ne salutaribus Ecclesiae legibus obtemperent, onus rati sibi gravius, quam tolerari possit, impositum, quod vel abstinere certo ciborum genere, vel ieiunium servare paucis anni diebus iubeantur. Hac enervati consuetudine, mirum non est si sensim totos se cupiditatibus dedant maiora poscentibus. Itaque lapsos aut proclives ad mollitiam animos consentaneum est ad temperantiam revocare: proptereaque, qui ad populum dicturi sunt, diligenter et enucleate doceant, quod non modo Evangelica lege, sed etiam naturali ratione praecipitur, imperare sibimetipsi et domitas habere cupiditates unumquemque oportere: nec expiari, nisi poenitendo, posse delicta.—Et huic, de qua loquimur, virtuti, ut diuturna permaneat, non inepte consultum fuerit, si rei stabiliter institutae quasi in fidem tutelamque tradatur. Quo id pertineat, facile, Venerabiles Fratres, intelligitis: illuc scilicet, ut sodalium Franciscanum ordinem Tertium, quem *saecularem* nominant, in Dioecesi quisque vestra tueri et amplificare perseveretis. Profecto ad conservandum alendumque poenitentiae in christiana multitudine spiritum, plurimum omnino valitura sunt exempla et gratia *Francisci Assisiensis* patris, qui cum summa innocentia vitae tan-

(1) Epist. 108.

tum coniunxit studium castigandi sui, ut Iesu Christi crucifixi imaginem non minus vita et moribus, quam impressis divinitus signis retulisse videatur. Leges eius Ordinis, quas opportune temperavimus, longe sunt ad perferendum leves: momentum ad christianam virtutem habent non leve.

Deinde vero in his privatis publicisque tantis necessitatibus, cum tota spe salutis utique in patrocinio tutelaeque Patris caelestis consistat, magnopere vellemus, studium precandi constans et cum fiducia coniunctum reviviscere.—In omni magno christianae reipublicae tempore, quoties Ecclesiae usuvenit, ut vel externis periculis, vel intestinis premeretur incommodis, praeclare maiores nostri, sublatis in caelum suppliciter oculis, docuerunt, qua ratione et unde lumen animi, unde vim virtutis et apta temporibus adiumenta petere oporteret. Inhaerebant enim penitus in mentibus illa Iesu Christi praecepta, *petite et dabitur vobis* (1); *oportet semper orare et non deficere* (2). Quibus resonat Apostolorum vox: *sine intermissione orate* (3): *obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus* (4). Quam ad rem non minus acute quam vere illud Ioannes Chrysostomus scriptum per similitudinem reliquit: quo modo homini, cum nudus idemque egens rebus omnibus suscipiatur in lucem, marcus natura dedit, quarum ope res ad vitam necessa-

(1) Matth. vii, 7.

(2) Luc. xviii, 1.

(3) I Thessal. v, 17.

(4) I Timoth. ii, 1.

rias sibi compararet; ita in iis, quae sunt supra naturam, cum nihil per se ipse possit, largitus est Deus orandi facultatem, qua ille sapienter usus, omnia quae ad salutem requiruntur, facile impetraret.—His ex rebus singuli statuite, Venerabiles Fratres, quam sit gratum et probatum Nobis studium vestrum in provehenda sacratissimi *Rosarii* religionē his praesertim proximis annis, Nobis auctoribus, positum. Neque est silentio praetereunda pietas popularis, quae omnibus fere locis videtur in eo genere excitata: ea tamen ut magis inflammetur ac perseveranter retineatur, summa cura videndum est. Idque si insistimus hortari, quod non semel idem hortati sumus, nemo mirabitur vestrum, quippe qui intelligitis, quanti referat, *Rosarii Marialis* apud christianos florere consuetudinem, optimeque nostis, eam esse huius ipsius spiritus precum, de quo loquimur, partem et formam quamdam pulcherrimam, eandemque convenientem temporibus, usu facilem, utilitate uberrimam.

Quoniam vero Iubilaei prior et maximus fructus, id quod supra indicayimus, emendatio vitae et virtutis accessio esse debet, necessariam nominatim censemus eius fugam mali, quod ipsis superioribus litteris Encyclicis designare non praetermisimus.—Intestina intelligimus ac prope domestica nonnullorum ex nostris dissidia, quae caritatis vinculum, vix dici potest quanta cum pernicie animorum, solvunt aut certe relaxant. Quam rem ideo rursus commemoravimus hoc loco apud vos, Venerabiles Fratres, ecclesiasticae disciplinae mutuaeque caritatis custodes, quia ad prohibendum tam grave incommodum volumus vigilantiam auctoritatemque vestram perpetuo esse conversam. Mo-

nendo, hortando, increpando date operam, ut omnes *solliciti sint servare unitatem spiritus in vinculo pacis*, utque redeant ad officium, si qui sunt dissidiorum auctores; illud in omni vita cogitantes, Unigenitum Dei Filium in ipsa supremorum appropinquatione cruciatuum nihil a Patre contendisse vehementius, quam ut inter se diligerent. qui crederent aut credituri essent in eum, *ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint* (1).

Iaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, ex illa ligandi atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis et singulis utriusque sexus Christi fidelibus plenissimam peccatorum omnium indulgentiam, ad generalis Iubilaei modum, concedimus, ea tamen conditione et lege, ut intra spatium anni proximi MDCCCLXXXVI haec, quae infra scripta sunt, effecerint.

Quotquot Romae sunt cives hospitesve Basilicam Lateranensem, item Vaticanam et Liberianam *bis* adeant: ibique aliquandiu pro Ecclesiae catholicae et huius Apostolicae Sedis prosperitate et exaltatione, pro extirpatione haeresum omniumque errantium conversione, pro christianorum Principum concordia ac totius fidelis populi pace et unitate, secundum mentem Nostram pias ad Deum preces effundant. Iidem duos dies esurialibus tantum cibis utentes ieiunent, praeter dies in quadragesimali indulto non comprehensos, aut alias simili stricti iuris ieiunio ex praecepto Ecclesiae

(1) IO-AN XVII, 21..

consecratos. praeterea peccata sua rite confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum suscipiant, stipemque aliquam pro sua quisque facultate, adhibito in consilium Confessario, in aliquod pium conferant opus, quod ad propagationem et incrementum fidei catholicae pertineat. Integrum unicuique sit, quod malit, optare: duo tamen designanda nominatim putamus, in quibus erit optime collocata beneficentia, utrumque, multis locis, indigens opis et tutelae, utrumque civitati non minus quam Ecclesiae fructuosum; nimirum *privatos puerorum scholas et Seminaria Clericorum.*

Ceteri vero omnes extra Urbem ubicumque degentes tria templa, a vobis, Venerabiles Fratres, aut a vestris Vicariis seu Officialibus, aut de vestro eorumve mandato ab iis qui curam animarum exercent designanda, *ter*, vel, si duo tantum si templa fuerint, *ter*, vel, si unum, *sexies*, dicto temporis intervallo adeant; item alia opera omnia, quae supra commemorata sunt, peragant. Quam indulgentiam etiam animabus, quae Deo in caritate coniunctae ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicari posse volumus. Vobis praeterea potestatem facimus, ut Capitulis et Congregationibus tam saecularium quam regularium, sodalitatibus, confraternitatibus, universitatibus, collegiis quibuscumque memoratas Ecclesias processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum pro vestro prudenti arbitrio reducere possitis.

Concedimus vero ut navigantes et iter agentes, ubi ad sua domicilia, vel alio ad certam stationem sese repperint, visitato *sexies* templo maximo seu parochiali, ceterisque operibus, quae supra praescripta sunt,



rite peractis, eamdem indulgentiam consequi queant. —Regularibus vero personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis, qui carcere, infirmitate corporis, aut alia qualibet iusta causa impediuntur, quominus memorata opera, vel eorum aliqua praestent, concedimus, ut ea Confessarius in alia pietatis opera commutare possit, facta etiam potestate dispensandi super Communionem cum pueris nondum ad primam Communionem admissis. Insuper universis et singulis Christi fidelibus, tam laicis quam ecclesiasticis, saecularibus ac regularibus cuiusvis Ordinis et Instituti, etiam specialiter nominandi, facultatem concedimus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque presbyterum Confessarium tam saecularem quam regularem ex actu approbatis: qua facultate uti possint etiam Moniales, Novitiae, aliaeque mulieres intra claustra degentes, dummodo Confessarius approbatus sit pro monialibus. —Confessariis autem, hac occasione et durante huius Iubilaei tempore tantum, omnes illas ipsas facultates largimur, quas largiti sumus per litteras Nostras Apostolicas *Pontifices maximi* datas die xv mensis Februarii anno MDCCCLXXIX, iis tamen omnibus exceptis, quae in eisdem litteris excepta sunt.

Ceterum summa cura studeant universi magnam Dei Parentem praecipuo per id tempus obsequio cultuque demereri. Nam in patrocinio sanctissimae Virginis a *Rosario* sacrum hoc Iubilaeum esse volumus: ipsaque adiutrice confidimus, non paucos futuros, quorum animus deteresa admissorum labe expiatur, fideque, pietate, iustitia non modo in spem salutis

sempiternae, sed etiam in auspiciis pacatoris aevi renovetur.

Quorum beneficiorum caelestium auspiciem paternaeque Nostrae benevolentiae testem vobis, et Clero populoque universo vestrae fidei vigilantiaeque commisso Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxii Decembris anno MDCCCLXXXV. Pontificatus Nostri Octavo.

LEO PP. XIII. (1)

DOCUMENTO

que los Prelados reunido en Madrid con motivo de las honras fúnebres que allí se han celebrado por el alma del malogrado Rey D. Alfonso XII (q. s. g. h.) dirigen á los fieles de sus Diócesis.

Los Prelados que suscribimos, despues de haber llenado el tristísimo objeto que nos ha congregado en esta Córte, de asistir á las honras fúnebres que en sufragio del alma del excelso y jóven Rey D. Alfonso XII (q. s. g. h.) ha dispuesto celebrar con ostentoso aparato el Gobierno de S. M. la Reina (q. D. g.), hemos considerado nuestro primer deber elevar al Supremo Jefe de la Iglesia, nuestro amado Pontífice León XIII, un mensaje de incondicional adhesión á su sagrada persona, y de profundo acatamiento á sus doctrinas y enseñanzas; con las cuales, si á la Iglesia en general dispensó beneficios incalculables, ha venido á favore-

(1) Daremos la versión en castellano en el número siguiente.

cer muy señaladamente á la nación española, que por ella le debe amor y reconocimiento.

Débeselo con especialidad por las doctrinas contenidas en su última Encíclica *Immortale Dei*, insigne monumento de sabiduría y de doctrina sublime para todos los católicos, y aún para la humanidad entera; y á efecto de expresarles los sentimientos de acendrada gratitud, en que rebosan nuestros corazones, hemosle dirigido el telegrama del tenor siguiente: «Santísimo Padre: Reunidos en esta Córte para concurrir; invitados por el Gobierno y por la Nunciatura Apostólica, á las solemnisimas honras hoy celebradas en la iglesia de San Francisco por el alma del egregio y maglorado Rey D. Alfonso XII (q. e. g. e.), cumplimos el gratisimo deber, antes de partir para nuestras respectivas Iglesias, de saludar con profunda veneración y amor á Vuestra Santidad, Supremo Pastor de todas las del orbe católico. Y aprovechamos la oportuna ocasión de hallarnos juntos en un lugar, para protestar á Vuestra Santidad, de que en creencias y en conducta estamos todos íntima y ríprocamente unidos, é inquebrantable é incondicionalmente adheridos á la sagrada Persona de Vuestra Santidad y á la Cátedra de San Pedro, que tan gloriosamente ocupais. Por lo cual aceptamos con vivo reconocimiento y filial sumisión todas vuestras saludables enseñanzas, adhiriéndonos con efusión de nuestras almas, y muy en particular, por ser las más recientes, á las contenidas en vuestra admirable última Carta al Cardenal Arzobispo de París, y en la doctísima magnífica Encíclica *Immortale Dei*: nos congratulamos, á fuer de españoles y Obispos, por el insigne triunfo que acabais de obtener,

como augusto pacificador de las naciones; y pedimos á Dios que, rompiendo vuestras cadenas, acelere para bien del mundo el deseado de la Iglesia.»

Cumpliendo este sagrado deber, y habiendo conferenciado sobre algunos puntos relativos á nuestro cargo pastoral, hemos creído necesario, y en gran manera oportuno, formular y consignar las siguientes declaraciones:

1.^a Poniendo sobre nuestras cabezas, y respetando, cual se merece, la precitada Encíclica, debemos declarar y declaramos, como asunto que es de actualidad, especialmente en varias de nuestras Diócesis, que si bien la política debe basarse sobre la Religión, y ser informada por ella, la Religión y la política son, sin embargo, cosas muy distintas y que jamás deben confundirse; y que, salva la unidad en la Fé y en los principios católicos, puede con toda licitud sostenerse controversia, como dice Nuestro Santísimo Padre, «sobre la mejor clase de gobierno, sobre tal ó cual forma de constituir los Estados, y puede haber sobre ello una honesta diversidad de opiniones.»

2.^a Siendo la prensa en general, y los diarios católicos en particular, el medio más común y ordinario de que se sirven los hombres en los actuales tiempos para discutir cuanto concierne no sólo á la política, sino á la Religión, cúmplenos declarar, y declaramos, que ningún periódico, revista, folleto ó publicación de cualquier género, sea cual fuere la autoridad que prestarles pueda el nombre de sus respectivos autores, tiene la misión de calificar, y menos de definir, si tal ó cual teoría ú opinión cabe ó no dentro de la doctrina católica; pues que semejante declaración corresponde

por derecho divino á los que, como sucesores de los Apóstoles, han sido puestos por el Espíritu Santo para regir, en sus respectivas Diócesis, la Iglesia de Dios, bajo las limitaciones y reservas contenidas en el Derecho canónico.

3.ª En su consecuencia, dejando á un lado las opiniones meramente políticas, y con el firme y delicado propósito de no inmiscuirnos directamente en las contiendas que ocasionan, declaramos asimismo que los periódicos, revistas ó folletos que quieran honrarse con el título de católicos, deben estar sujetos entera y rendidamente, bajo el enunciado concepto, á la autoridad del Prelado diocesano. Por manera que, si en algun caso, después de las advertencias oportunas, cualquiera de las indicadas publicaciones rechazare ó declinare la sujeción á su propio Obispo, dejará, por este mero hecho, de ser considerada como publicación católica.

4.ª Y para más declarar nuestro concepto y dejar á los publicistas católicos su honesta libertad de escribir con la amplitud que convenga á sus respectivos fines y propósitos (cuyo derecho en manera alguna intentamos cercenarles), debemos, por fin, declarar y declaramos, que es lícito á los dichos escritores, partiendo del criterio católico, defender y propagar sus doctrinas y opiniones, y combatir lealmente á sus adversarios, con tal de no perder de vista las reglas prescritas por la caridad cristiana, tan recomendadas por Su Santidad, y sin presumir tampoco que sus escritos, por el hecho de emanar de autor católico, tienen más autoridad que la que puedan prestarles las razones ó fundamentos en que se apoyen.

5.ª Y cada uno de los concurrentes hará publicar estos acuerdos en el *Boletín diocesano*, con todas nuestras firmas, para que aparezcan revestidos de mayor autoridad, remitiéndose ejemplares á los Prelados ausentes, por si gustan adoptarlos y publicarlos en sus Diócesis respectivas.

Dado en Madrid á 14 de Diciembre de 1885.—Fray Zeferino, Cardenal Gonzalez, *Arzobispo de Toledo*.—Francisco de Paula, Cardenal Benavides, *Arzobispo de Zaragoza*.—Antolin, Cardenal Monescillo, *Arzobispo de Valencia*.—Benito, *Arzobispo de Valladolid*.—José, *Arzobispo de Granada*.—Ramón, *Obispo de Jaca*.—Victoriano, *Obispo de Orihuela*.—Narciso, *Obispo de Madrid-Alcalá*.—Vicente, *Obispo de Cádiz*.—Sebastián, *Obispo de Córdoba*.—Manuel, *Obispo de Málaga*.—José, *Obispo de Almería*.—Ciriaco, *Obispo de Avila*.—Mariano, *Obispo de Vitoria*.—Juan María, *Obispo de Cuenca*.—Manuel María, *Obispo de Jaén*.—Jaime, *Obispo de Barcelona*.—Antonio, *Obispo de Sigüenza*.—Antonio, *Obispo de Teruel*.—Tomás, *Obispo de Zamora*.—Antonio María, *Obispo de Calahorra*.—Fray Tomás, *Obispo de Salamanca*.—Vicente Santiago, *Obispo de Santander*.—Tomás, *Obispo de Cartagena y Murcia*.—José Tomás, *Obispo de Filipópolis*, *Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo*.

EL EMMO. CARDENAL JACOBINI,
EN NOMBRE DE SU SANTIDAD EL PAPA LEÓN XIII, A LOS
OBISPOS ESPAÑOLES CONGREGADOS EN MADRID.

Telegrama.

Roma—13—4-15 (1885.)

Eminentissimo Sig. Cardinale Zeferino Gonzalez, Arcivescovo di Toledo.—Madrid.

Telegramma inviato da Vostra Eminenza e suoi con fratelli nell' Episcopato riuniti pei solenni funerali del compianto Re Alfonso XII é riuscito graditissimo al Santo Padre pei nobilissimi sentimenti in esso espressi di adesione ed affetto alla Santa Sede ed alla sua Sacra Persona. Sua Santità invia a Vostra Eminenza e a suoi confratelli con effusione di cuore la Sua Apostolica Benedizione.—*L. Cardinale Jacobini.*

Roma—13 Diciembre—4-15 (1885.)

Eminentísimo Sr. Cardenal Zeferino Gonzalez, Arzobispo de Toledo.—Madrid.

El telegrama enviado por Vuestra Eminencia, en unión con sus Hermanos en el Episcopado que se han reunido para los solemnes funerales del malogrado Rey D. Alfonso XII, ha sido gratisimo al Padre Santo por los nobilísimos sentimientos que contiene de adhesión y afecto hácia la Santa Sede y su Sagrada Persona. Su Santidad envía desde lo íntimo de su corazón á Vuestra Eminencia y á sns dignos Hermanos la Bendición Apostólica.—*Luis Cardenal Jacobini.*

DECLARACIÓN.

Comprendo muy bien, y se alcanza á toda persona de algun juicio, que es extremadamente difícil seguir á un orador con el concepto y hacer luego exacto y verdadero resúmen de sus pensamientos y frases.

En Salamanca no se tendrá olvidada la contestación de Fr. Luis de León á sus émulos, que tomaban por base de acusación las lecciones de cátedra apuntadas por los estudiantes; y á mi me ha sucedido con harta frecuencia hablar en Juntas..... y encontrarme luego con reseñas de mis discursos que yo, su padre y autor, desconocía por completo. Y reseñas escritas *con amor*, con deseo vivo de acertar. Fué cabalmente uno de los poderosos motivos que me obligaron á estampar las conferencias, el notar el cúmulo de despropósitos que algunos periodistas me atribuían, entre nubes de incienso y á vuelta de infundados elogios. Entonces dejaba pasar equivocaciones que el lector sensato podía corregir por sí propio, ó que no importaban cosa, ó había yo de poner en claro muy pronto. Hoy, Prelado de una Diócesis, guía de mis amantísimos fieles en materia de doctrina, leídas las reseñas publicadas en Salamanca de mis explicaciones acerca de la Encíclica *Immortale Dei*, especialmente la última, me veo en la obligacion de declarar que no son exactas, antes se alejan de mis ideas y de mis enseñanzas. Si á la gloria de Dios y bien de mis amadísimos diocesanos conviniera, repetiría por escrito lo mismo que he predicado desde la sagrada Cátedra, de nuevo parafrasearía la inmortal Encíclica y la memorable Carta del Pontífice al Cardenal Arzobispo

de París seguida de la adhesión del Episcopado del orbe católico.

Salamanca 13 de Enero de 1886.—FR. TOMÁS,
Obispo de Salamanca.

OBISPADO DE SALAMANCA.

Circular.

A fin de poder publicar con la debida oportunidad los cultos notables que tengan lugar en la Diócesis, ha dispuesto S. S. I. que los Sres. Párrocos ó Rectores de las Iglesias en que hayan de celebrarse, así como los Directores de Cofradías ó Asociaciones religiosas, respecto de las que dispusieren, lo avisen á esta Secretaría, expresando en nota manuscrita las principales circunstancias de dichos cultos, en la inteligencia de que sin este requisito, no podrá figurar en ningun cartel concesión alguna de indulgencias. Estos avisos se darán con la mayor antelación posible, y siempre, cuando ménos, en la semana que precede á las fiestas de que se trate.

Salamanca 8 de Enero de 1886.—*Dr. Pedro García Repila, Srio.*

SECRETARÍA DE CÁMARA.

Circular.

Es bastante crecido el número de Señores Párrocos que no se han presentado aún á hacer la liquidación de los sumarios correspondientes á la predicación de la

Santa Bula de 1885, ocasionando con esto la dilación consiguiente en la rendición de cuentas y perjuicios á la Iglesia.

Esta Secretaría, á la que no se ocultan las dificultades, muchas veces enojosas, que experimentan los Párrocos en este asunto, les ruega con encarecimiento venzan aquellas, y se apresuren á formalizar dicha liquidación.

Salamanca 12 de Enero de 1886.—*Dr Pedro Garcia Repila*, Secretario.

CRUZADA.

PREDICACION DE 1886.

Recibidos los sumarios de la Excm. Comisión de la Santa Cruzada, pueden los señores que abajo se expresan comisionar persona de su confianza para recogerlos de la oficina de la Administración, calle de Gibraltar, número 12, en la forma siguiente:

Los del Arciprestazgo de Alba de Tormes se dirigen á D. Patricio Pereña, Párroco de San Juan de la misma villa.

Los del Arciprestazgo de Fuente á D. Juan Antonio Bustos, Párroco de Montejo.

Los del Arciprestazgo de Ledesma á D. Andrés Palomero, Párroco de Sta. María de la misma.

Los del Arciprestazgo de Linares á D. Joaquín Pérez, Párroco de los Santos.

Los del Arciprestazgo de Peñaranda á D. Luis Simón y Piés, Párroco de la misma.

Los del Arciprestazgo de la Rivera á D. Tomás López Vicente, Párroco de Corporario.

Los del Arciprestazgo de Sequeros á D. Manuel Rodríguez Huerta, Párroco de la misma.

Los del Arciprestazgo de la Valdobra se dirigen para las parroquias de Berrocal de Huebra, Coca, Moraleja y Peralejos de Solis, á D. Juan Castro Alonso, Párroco de Moraleja de Huebra; para las demás parroquias del Arciprestazgo se dirijen á D. Julián Hernandez, Párroco de San Muñoz, excepto Avilla y Gallegos de Huebra que los recojerán de la Administración.

Los del Arciprestazgo de Villarino se dirijen, los de las parroquias de Pereña y Villarino á D. Ramón Criado, Párroco de Pereña, y los de las demás á Don Angel Martin Centeno, Párroco de Monleras.

Los del Arciprestazgo de Vitigudino á D. Domingo Alonso Casanueva, Párroco de la misma.

Estos Señores se servirán recoger las obligaciones de todos los Párrocos firmadas después que cada uno se haya hecho cargo de los sumarios, y devolverlas en un breve plazo á la Secretaría de Cámara para que la Administración pueda formalizar las cuentas y sobre todo evitar las dificultades que se ocurren sin estos documentos á la vista.

Los Párrocos de los Arciprestazgos de Arapiles, las Armuñas Alta y Baja, Rollán, Salamanca, Tavera y Valdevilloria los pedirán á la Administración, expresando el número y clase de sumarios que necesiten.

Salamanca 12 de Enero de 1886.—*Dr. Pedro Garcia Repila*, Secretario.

CRÓNICA DIOCESANA.

Ordenes. En las generales celebradas por el Re-

verendísimo Prelado en la capilla de su Palacio, el sábado 19 de Diciembre, fuero promovidos:

Al Presbiterado, D. Fernando Alonso Pérez, D. Andrés Prieto Herrero y D. Nicolás Cardo Santos; al Diaconado, los Sres. D. Miguel Gareía Alcalde y Don José Boyero González, de esta diócesis; D. Pedro Arritola Basabe, de la de Vitoria; D. José Rodríguez Granados, de la de Madrid, y los Religiosos Carmelitas descalzos Fr. Julián de S. José, Fr. Constancio del Corazón de Jesús, Fr. Jacinto de la Santísima Trinidad y Fr. Narciso de S. José. Finalmente, recibieron el subdiaconado los Sres. D. José M. Sánchez Santos y D. Melquiades Rodríguez Martín, de esta diócesis; y D. Juan Calvo Abad, de la de Madrid.

Cultos. Se ha celebrado en la Clerecia la Novena del Niño Jesús, con el acostumbrado esplendor y con mayor concurrencia, si cabe, que los años anteriores. Las pláticas cotidianas estuvieron á cargo de uno de los Padres de la Compañía, y el último día, que fué el de año nuevo, predicó sobre el dulcísimo nombre de Jesús el Illmo. Señor Obispo.

El mismo día por la mañana empezó S. S. I. en la Santa Basílica Catedral, la lectura y exposicion de la Encíclica de León XIII «Immortale Dei» que dividió en tres partes, ocupándose en la segunda el día de la Epifanía del Señor, y en la tercera el Domingo 10 del actual. La concurrencia fué en aumento de día en día, y el silencio y atencion con que fué escuchado, manifiestan una vez más que desde el púlpito de Salamanca pueden tratarse asuntos de un orden muy elevado, siempre que el orador posea el difícil arte de revestirlos de una forma sensible.